



Per.  
Lat  
020

Moderator (szerkesztő — Schriftleitung) IOS. WAGNER  
DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon:  
68—6—34), ad quem epistolae et manuscripta mittantur

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) AL. REGÉNYI,  
Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 42—2—15), ad quem  
pecuniae dirigantur. (Postatak. csekkész. 57.292.)

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1935—36. est pro Hungaria 3 pengoe; pro ceteris nationibus summa 4 pengoe adaequans, quae in Austria per gyrum A—37.880 aerarii comparsorum postalis Austriaci solvenda est (Einzahlung der Bezugsgebühr in Österreich auf das Postscheckkonto d. «Kgl. ung. Postsparkasse — Iuventus Budapest» b. Österr. Postsparkassenamt Wien A—37.880. Scheckblankette werden auf Wunsch von der Geschäftsstelle zugesendet). Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## RESURREXIT...

Secundum Matthaeum 28, 1—8.

Vespera autem sabbati, quae<sup>1</sup> lucescit<sup>1</sup> in prima<sup>1</sup> sabbati,<sup>1</sup> venit Maria Magdalene, et altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terra motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de caelo: et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum: erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vestimentum eius sicut nix. Prae timore autem eius exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui.



Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quaeritis: non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Venite, et videte locum, ubi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit: et ecce praecedit vos in Galilaeam: ibi eum videbitis. Et exierunt cito de monumento cum timore, et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius.

<sup>1</sup> vasárnapra virradólag = in der Nacht von Samstag auf Sonntag



Moderator: Plagiosus  
Ortilius. Strato-  
sphaera II. Via Uto-  
pica 99%  
Tel. 2 x 2 = 5.

# HUI! VENTUS!

Ephemeris in usum iocos  
amantium. Prodit quot-  
annis Calendis Aprilibus.

Administrator: Ph-  
lopesudes Mendax.  
Administratosphaera  
XIII. Via Plagiosa-  
toria. 33 b.  
Tel. 1 + 1 = 3.

Scribitur fornice<sup>1</sup> et facetiis<sup>2</sup> alienis. Rationem<sup>3</sup> ephemeridis reddi<sup>4</sup> nemo. Pretium subnotationis: risus lenis. Solutiones<sup>5</sup> super<sup>4</sup> debitum<sup>4</sup> acceptae<sup>5</sup> maximā cum gratiā referuntur.<sup>5</sup> — Offensiones<sup>6</sup> fortuitas decet omitti.

Technicam nostrae aetatis summam victoriam adeptam esse ex ephemeridis huius indice,<sup>7</sup> cuius privilegium solis nobis obtigit, apparet. Ope telegraphiae<sup>8</sup> imaginiferae<sup>8</sup> systematis Foutographi translata<sup>9</sup> repraesentatione nobis ante oculos ponitur in primatu mundano pila<sup>10</sup> mensali<sup>10</sup> ludendi<sup>10</sup> Hungaros semetipsos sine iactura<sup>11</sup> punctorum<sup>11</sup> devicisse. In imagine ab laeva Ping, ab dextera Pong cernuntur.

<sup>1</sup> olló = Schere    <sup>2</sup> ötlet = witzige Einfälle    <sup>3</sup> felelős = verantwortlich    <sup>4</sup> felülfizetés = Überzahlung    <sup>5</sup> nyugtáz = quittieren    <sup>6</sup> sértődés = Beleidigungsgefühl    <sup>7</sup> címlap = Titelblatt    <sup>8</sup> képtávíró = Bildtelegraphie    <sup>9</sup> közvetített = übertragen    <sup>10</sup> asztali tenisz = Tischtennis    <sup>11</sup> pontvesztés = Punktverlust

## Nuntii recentissimi.

*Pax aeterna adest.*

Societas Nationum pacis<sup>1</sup> in toto<sup>1</sup> terrarum<sup>1</sup> orbe<sup>1</sup> componendae causā Wilsonianae legis cuncta 14 capita<sup>2</sup> rata<sup>3</sup> facere<sup>3</sup> vult: omnes coloniae ex<sup>4</sup> libera<sup>4</sup> voluntate<sup>4</sup> atque plebis scito de sua conditione decernant, ut exemplo utar: India, Gibraltaria aut Cyprus aliaque civitates, si ab Anglis desciscere velint id sibi liberē facere licet. Franco-galli cum Germanis in gratiam<sup>5</sup> redituri<sup>5</sup> munita et opera lineae Maginot demoliantur; forum<sup>6</sup> vero Concordiae<sup>6</sup> de Hitlero, Germani invicem viam Sub Tiliis<sup>6</sup> de Poincario appellaverunt. Hispani communistis expulsis regem Alfonso domum reducem<sup>7</sup> faciunt,<sup>7</sup> item Russi dynastiā Romanovanā in patriam restitutā, communismum sustulerunt sibi Japonum gratiam reconciliaturi, qui vicissim voluntariae<sup>8</sup> mortis<sup>8</sup> genere, quod ipsorum lingua «harakiri» appellatur, abolitā,<sup>9</sup> non amplius merces<sup>10</sup> suas<sup>10</sup> quoquo<sup>10</sup> pretio<sup>10</sup> dissipabunt, Manduriamque Sinensibus reddidit Picardio duce, ut in stellam Martis coloniam deducant, in stratosphaeram sublimes<sup>11</sup> se efferre<sup>11</sup> parant. Rex Aethiopum, Haile Selassie regali cum honorario praeses perpetuus erit Nationum Societatis, filiā autem filio Mussolinii ducis in matrimonium datā Abyssiniam dotem genero dabit. Itali ut Habsburgii in regnum restituerentur, effecturi

sunt; nationes ius suā ipsarum linguā utendi ceperunt. Bohemi Slovaci, Serviani Croatis suis<sup>12</sup> ut legibus<sup>12</sup> uterentur<sup>12</sup> permiserunt. Rumeni-fraudatores<sup>13</sup> in vincula coniecturi sunt et carmina Horatii ex Hungaria missa, quominus in Rumeniam impertarentur, promiserunt se non prohibituros. Limes<sup>14</sup> Polonicus scutulibus<sup>15</sup> novi generis in Poloniam transvehitur, ut Borussia Orientalis et Germania inter se cohaereant. In America homines nigri vel alterius coloris deversoriis<sup>16</sup> aliisque aedificiis iam non excluduntur.

## Correctio<sup>17</sup> institutionis publicae.

Consilium Internationale Discipulorum (breviter: *Cindi*) Genavae edixit, ut dehinc in scholis disciplinis obsoletis<sup>18</sup> exclusis hae solae docerentur: 1. Omnia ludorum gymniorum genera, 2. philatelia,<sup>19</sup> 3. ludus latruncolorum,<sup>20</sup> 4. ars fumatoria,<sup>21</sup> 5. saltatio,<sup>22</sup> 6. certamen scriblitarum<sup>23</sup> edendarum, 7. lectio fabularum<sup>24</sup> Romanensium,<sup>24</sup> 8. lingua internationalis «Desperanda», quam tamen nemo, nisi ipse vellet, discere deberet.

Quicumque cumulo<sup>25</sup> novo inter ceteros eminet, testimonio maturitatis statim accepto sine ulla mora civis academicus fit.

## Artes.

Memoratu dignum est moderatores radiophoni Germanici auditoribus obsequentes communibus eorum precibus suavissimum munus paschale<sup>25</sup> oblaturos esse. Est enim eis in animo R. Wagneri Annulum Nibelungorum non ut adhuc assolebat, separatim, cotidie per senas horas, sed uno<sup>26</sup> tenore<sup>26</sup> repraesentare. Ista nova atque inusitata translatio summopere expetita die<sup>27</sup> dominico<sup>27</sup> mane horā 9. 15, incipit Gazā Rheni,\* brevi 5 horarum praeludio Annuli Nibelungorum; post insequentur Walcura, Siegfriedus, Occasus Deorum\*. Societas Radiophonica Germanica auditoribus rogantibus nullam<sup>28</sup> actu<sup>28</sup> intercapedinem<sup>28</sup> intercedere<sup>28</sup> sinet. Tota actio die<sup>29</sup> Lunae horā 11.40, finietur. Post symphoniaci<sup>30</sup> «jazz»<sup>30</sup> quibus praemium tributum erat, opera Richardi Wagneri omnia ad suum<sup>31</sup> arbitrium<sup>31</sup> canent.<sup>32</sup>

<sup>1</sup> világbéke — Weltfriede    <sup>2</sup> pont = Punkt    <sup>3</sup> megvalósít = verwirklichen    <sup>4</sup> önrendelkezési jog = Selbstbestimmungsrecht    <sup>5</sup> kibékülnek = sich versöhnen    <sup>6</sup> Place de la Concorde \* Unter den Linden    <sup>7</sup> hazahozzák = heimführen    <sup>8</sup> öngyilkosság = Selbstmord    <sup>9</sup> megszüntetik = abschaffen    <sup>10</sup> árrombolás = Dumping    <sup>11</sup> felszállni = aufsteigen    <sup>12</sup> autonomia = Autonomie    <sup>13</sup> panamista = Betrüger    <sup>14</sup> folyosó = Korridor    <sup>15</sup> henger = Walze, Rollbaum    <sup>16</sup> szálloda = Hotel    <sup>17</sup> Reform    <sup>18</sup> elavult = altmodisch    <sup>19</sup> bélyeggyűjtés = Briefmarkensammeln    <sup>20</sup> sakkjáték = Schachspiel    <sup>21</sup> dohányzás = Rauchen    <sup>22</sup> tánc = Tanz    <sup>23</sup> torta = Torte    <sup>24</sup> regény = Roman    <sup>25</sup> Rekord    <sup>26</sup> a húsvéti ajándék = Ostergeschenk    <sup>27</sup> egyfolytában = ohne Unterbrechung    <sup>28</sup> vasárnap = Sonntag    \* Rajna kincse, Istenek alkonya = Rheingold, Götterdämmerung    <sup>29</sup> a felvonások között szünetet nem tart = lässt zwischen den Akten keine Pause eintreten    <sup>30</sup> hétfő = Montag    <sup>31</sup> jazz-zenekar = Jazzband    <sup>32</sup> a saját felfogása szerint = in eigener Auffassung    <sup>33</sup> játszik = spielen

## Geographia.

a) **Iter<sup>33</sup> Commune<sup>33</sup> die Dominica.** Consortium<sup>34</sup> nostrum<sup>34</sup> itinerarium<sup>34</sup> die dominico iter commune apparatusimum<sup>35</sup> comparabit. Viatores die dominica mane horā 9.10 in angulo plateae Lud. Kosuth et circuitus<sup>36</sup> Carolini, ad locum consistionis<sup>37</sup> currus electrici 44. conveniunt. Profectio incipit, si res prospere cesserit, decem sexagesimis<sup>38</sup> post. Advenitur ad Theatrum Nationale eo, ubi currus electricus 6. consistit, id est tribus sexagesimis post. Hic participes itineris communis gratis spectare possunt itum<sup>39</sup> reditum<sup>39</sup> discursumque<sup>39</sup> hominum<sup>39</sup> in Circuitu Maximo, immo etiam singulatim et catervatim<sup>40</sup> transgredi possunt viam a transitu prohibitam. Quo facto optimum est quemque quinque pengōnes (multam\* solvendi causā), medicum et testamentum prospicere.<sup>41</sup> Post aliquot horas participes eādem regione eo, unde profecti sunt, omnibus ex animo<sup>42</sup> valedicentes, revertuntur. Itineris pretium duabus constat tesseris id est, ut nostrates<sup>43</sup> dicunt, tantis. Accuratam nostri itineris famosissimi<sup>44</sup> descriptionem, ephemeride proximī anni lectoribus nostris exhibebimus.<sup>45</sup>

b) **Tractum<sup>46</sup> gymnicum<sup>46</sup> Chicagiam † expedie-**  
**mus.** Istum Budapestini locum notissimum celeberrimumque repraesentamus, ubi praeclaram quisque occasionem nanciscetur ad omnia genera rixarum<sup>47</sup> et pugnarum<sup>47</sup>. Introitus ad hoc spectaculum minimum\* duobus constat dentibus. Crumena<sup>48</sup> utique apportanda est, hoc nisi fiat, Tobias Schwartzkopf, taurus Chicagiae, nequit suas novissimas manticulandi<sup>49</sup> artes<sup>49</sup> in medium<sup>50</sup> proferre.<sup>50</sup> *Scasulorac.*

<sup>33</sup> társasutazás = Gesellschaftsreise <sup>34</sup> utazási iroda = Reisebüro <sup>35</sup> nagyszabású = grosszügig <sup>36</sup> körút = Ringstrasse <sup>37</sup> megálló = Haltestelle <sup>38</sup> perc = Minute <sup>39</sup> járás-kelés = Getriebe <sup>40</sup> csoportosan = gruppenweise \* bírság = Geldstrafe <sup>41</sup> gondoskodni = besorgen <sup>42</sup> szívélyesen = herzlich <sup>43</sup> nálunk = hierzulande <sup>44</sup> szenzáció = sensationell <sup>45</sup> közöl = mitteilen <sup>46</sup> sportvonat = Sportzug † Chicago <sup>47</sup> verekedés = Schlägerei \* legalább = wenigstens <sup>48</sup> erszény = Geldbeutel <sup>49</sup> zsebmetszőtrükk = Beutelschneiderkünste <sup>50</sup> bemutat = zum Besten geben

## Ethnographia.

## Vere Hispanicum.

Hispanus quidam societatem animalia defendentem condere voluit. Cum in conventu primo de eo ageretur, quomodo pecunia comparari<sup>1</sup> posset, nonnulli exclamaverunt: tauromachia!<sup>2</sup>

Dies prodigientiae<sup>3</sup> — in Scotia.

Senatus Edimburgiensis cives admonuit, ut die 10. mensis Maii «diem prodigientiae» celebrarent. Omnes unum diem prodigius viverent, quam condicio<sup>4</sup> eorum id permitteret. Acquirerent, quod iam diu exoptavissent, pluris sibi sedes in theatro eminentioresque cibos in caupona<sup>5</sup> ederent, neque pauperum ullo modo obviscerentur.

Senatores sperant fore, ut non solum mercatura<sup>6</sup> celebrior<sup>7</sup> fiat, sed etiam fama Scotos omnium esse avarissimos abolescat.

## Primus inter mendaces.

Quodam in circulo Londinensi certamen mentiendi est institutum. Unusquisque certantium rem aliquam e vita sua sumptam breviter enarraverat et iudices severissimi diiudicaverunt, quis mendacium maximum dixisset. Victor haec enarravit:

Expeditioni Cookii polum<sup>8</sup> meridianum<sup>8</sup> explorantis intereram victuique egomet providebam. Plures vaccas in navem sustulimus, quas deinde in glacie pascebamus. Quā in regione cum nulla herba cresceret, viride vitrum<sup>9</sup> oculare<sup>9</sup> vaccis imposui, quae sic laetae nive pascebantur. Quas ecce mulgentes hōcce miraculō sumus obstupefacti:<sup>10</sup> ab aliis quidem vaccis coffeam<sup>11</sup> glaciale,<sup>11</sup> ab aliis vero gelatum<sup>12</sup> obtinimus! . . .

Quis numeros<sup>13</sup> recenseat?<sup>13</sup>

Quidam mercator Scoticus ab adiutore<sup>14</sup> suo, ut mercedem maiorem solveret, rogatus respondit:

Impossibile rogas etiam propterea, quia nescis, quam paulum labores. Annus 365 dies continet. Singulis diebus 8 horas dormis, quae simul sumptae 122 dies sunt: manent ergo 243 dies. Praeterea habes cotidie 8 horas liberas, quae 122 dies efficiunt,<sup>15</sup> quibus quoque de 243 deductis<sup>16</sup> 121 restant. Annus 52 dies Dominicas continet. Et illis de 121 detractis<sup>16</sup> 69 remanent. Omnibus Sabbatis post meridiem, ergo 52 dies dimidiosi: hoc est 26 dies totos labore solutus es. Quibus quoque de 69 deductis 43 relinquuntur.

Sed pergamus! Omnibus diebus post cenam moram<sup>17</sup> unius horae facis,<sup>17</sup> hoc est omnibus annis 16 dies tibi cenanti sunt opus. Restant adhuc 27 dies. Habes etiam 14 ferias<sup>18</sup> aestivas, quibus deductis 13 dies supersunt. Annus continet etiam 12 dies festos; quid ergo remanet? Unus tantum dies negotiosus,<sup>19</sup> primus scilicet novi anni dies, quum taberna<sup>21</sup> est clausa. — Nunc autem pudeat te, quod mercedem maiorem rogare es ausus!

Adiutor Scoti veniā petiā diligentem porro laborabat.

*Raygamsualsidal.*

<sup>1</sup> szerezni = hernehmen <sup>2</sup> bikaviadal = Stierkampf  
<sup>3</sup> pazarlás = Verschwendung <sup>4</sup> helyzet = Verhältnis  
<sup>5</sup> vendéglő = Gasthaus <sup>6</sup> kereskedelem = Handel  
<sup>7</sup> élénk = lebhaft <sup>8</sup> Déli-sark = Südpol <sup>9</sup> szemüveg = Augenglas <sup>10</sup> bámulatba ejt = in Erstaunen setzen  
<sup>11</sup> jegeskávé = Eiskaffee <sup>12</sup> fagyalt = Gefrorenes  
<sup>13</sup> utánaszámlál = nachzählen <sup>14</sup> segéd = Gehilfe  
<sup>15</sup> vmire rüg = ausmachen <sup>16</sup> kivon = subtrahieren, abziehen <sup>17</sup> szünetet tart = pausieren <sup>18</sup> szabadnap = Ruhetag <sup>19</sup> munkanap = Arbeitstag <sup>20</sup> üzlet = Laden

## Epistolia officialia.

In hac ephemeridis parte ad omnes omnium interrogationes copiosissime et religiosissime respondemus.

*Curiosulus I. Nescimus II. Item. — 583, 243. subnotator. Ita.*

(Litteris iis tantum respondemus, qui in involucrum<sup>2</sup> epistolae<sup>2</sup> tessera<sup>3</sup> epistolari<sup>3</sup> instructum responsiones ad interrogationes suas ab ipsis datas indunt.<sup>4</sup>)

<sup>1</sup> a kis kíváncsi = der kleine Neugierige <sup>2</sup> levélboríték = Briefumschlag <sup>3</sup> levélbélyeg = Briefmarke <sup>4</sup> beszeszik = hineintun

## Nidus hirsutus. (2.)

Secundum fabulam Kiplingianam Latine narravit  
G. Kaul, dr.

Interea magistris res magis magisque in suspicionem veniebat. «Nonne», ait Proutius, «rationem<sup>1</sup> reddere<sup>1</sup> debeo de pueris? Nonne quasi<sup>2</sup> in loco parentis<sup>3</sup> sum?»

At Staxius et socii sine curis vagabantur. In casa ostiarii fragis<sup>2</sup> cum flore<sup>3</sup> lactis<sup>3</sup> delectabantur. Nam ostiarius et eius uxor pueris valde favebant, praesertim cum ostiarius iam in saltuarii locum promotus esset, expulso piscatore. Quin etiam sciurum<sup>4</sup> pueris dedit, quem «societati naturali» dono darent. Nam Hartoppius iam quaesiverat, quidnam pueri in scientia profecissent<sup>5</sup>...

Aliquando Staxius: «Hodie fumatoriis uti non potero! Nam Foxium cum perspicillo scopulos ascendere vidi! Hodie isti nos persecuturi sunt!»

Lente per silvulam ad tabulas monitorias migrabant, cum subito Foxium saevientem de clivo descendere animadverterunt. Mutato itinere semitam<sup>6</sup> vulpium ingressi sunt. Interea accensus<sup>7</sup> exanimatus cursu, perspicillo dumeta exploravit. Iam Proutius et Kingius a tergo eius apparuerunt! Qui accensum in dumeta et genistas<sup>8</sup> intrare coegerunt. Maximus strepitus elatus est. »Haud aequo animo Dabneius istum strepitum feret«, inquit Staxius. «Ad casam ostiarii eamus!»

Subito saltuarium accurrentem viderunt: «Quis, hercle, denuo in dumetis est? Hem, dominus furore agitabitur!» — «Haud scio, an praedones<sup>9</sup> ferarum!»<sup>9</sup> respondit Staxius.

«Quos ego praedari docebo!» Iam in silvulam se abdidit. Clamor sublatus est.

Kingium audiverunt vocantem: «Perge, accense! Solve eum, domine! Non nisi iussa mea efficit!»

«Quis hic iubere potest, ineptissime?»<sup>10</sup> En, sequere me ad dominum!» Et ad accensum versus: «Fac, exeas e dumetis! Ohe, iam nōvi pueros, quos sectamini! Longas aures habent et pellem; et si mortui erunt, in peras<sup>11</sup> vestras condetis!»

Vix pueri in casam ostiarii intraverant, cum foris Dabneium, tribunum militum, tamquam taurum mugientem audiunt: «Nonne legere

didicistis? Nonne oculos habetis? Nonne meas tabulas monitorias vidistis? Quid? Officium tuum? Miserrime praedo ferarum! Tuum erat, ultra fines meos manere! Pueri vestri? Quid ad me? Quid? Tu es optio?<sup>12</sup> Pudeat te! Egregium centurionem, qui vegetur et feras praedetur! Abi in malam<sup>13</sup> crucem!<sup>13</sup> Nonne vidisti tabulas monitorias? Tace, centurio!»

Foxius, utpote<sup>14</sup> qui vicesimum primum stipendium<sup>15</sup> meruisset,<sup>15</sup> paruit. «Discede, optio!» Magno cum fragore ianua maxima clausa est.

»Optio me officium meum docere vult!» inquit Dabneius furibundus. «Dius Fidius,<sup>16</sup> en alios optiones!»...

«Iam Kingius adest», mussitavit<sup>17</sup> Staxius in casa. Pueri per specularia<sup>18</sup> versicoloria casae homines, qui foris erant, contemplabantur.

«Intercedo», inquit Kingius exanimatus, «intercedo tali violentiae! Ille homo plane officio functus est! Licetne chartulam<sup>19</sup> meam tibi dare? Doleo, ah, doleo me illam non mecum habere! Sed Kingius nominor, domine; scholae praefectus sum!»

«Nonne tabulas meas monitorias vidisti?» — «Confiteor!»

«Equidem hic quasi 'in loco parentis' sum» adiecit Proutius colloquio.

«In... quo? — «Rationem reddere debeo de pueris!»

«Itane?», inquit Dabneius, «restat igitur, ut dicam vos pueris malum exemplum dare, pessimum exemplum! Equidem pucros nequissimos vestros non vidi. Et si vidissem, tamen vobis, ut hominibus Christianis, per ianuam intrandum erat, non in praedio meo vñari licebat! Ego quoque olim Latine didici; ideo vobis nunc dico: «Quis custodiet ipsos custodes?» Si magistri leges violaverint, quis discipulos vituperabit?»<sup>20</sup>

<sup>1</sup> számot adni = Rechenschaft ablegen <sup>2</sup> számoča = Erdbeere <sup>3</sup> tejfel = Rahm, Sahne <sup>4</sup> mókus = Eichhörnchen <sup>5</sup> haladást tesz = Fortschritte machen <sup>6</sup> ösvény, út = Pfad <sup>7</sup> iskolaszolga = Sergeant <sup>8</sup> rekettyés = Ginster <sup>9</sup> vadászó = Wilddieb <sup>10</sup> együgyű = albern <sup>11</sup> zseb = Tasche <sup>12</sup> őrmester = Feldwebel <sup>13</sup> menj a fenébe! = hol dich der Teufel <sup>14</sup> minthogy = da <sup>15</sup> katonai szolgálatot teljesít = Militärdienst tun <sup>16</sup> Uram Isten = bei Gott <sup>17</sup> dünyög = murmeln <sup>18</sup> ablaküveg = Fenster <sup>19</sup> névjegy = Visitenkarte <sup>20</sup> megdorgál = tadeln

«Nonne licet tecum privatim colloqui?» inquit Proutius.

«Esto tam privatus, quam voles — ultra hanc ianuam! Vale!» — Iterum porta cum fragore clausa est.

Pueris saltuarius melem<sup>21</sup> dono dedit, quam domum reversi Hartoppio tradiderunt. Tum ad praefectum domui citati sunt. Kingius et Foxius aderant; Foxius tres virgas manu tenebat. Quaestio coepta est. Pueri confitentur se secundum scopulos migravisse; confitentur se in praedio Dabnei fuisse; confitentur se tabulas monitorias legisse. Cur Dabnei tribuni fundum intravissent? Confitentur se melem persecutos esse. Kingius monet, ne mentirentur!

At melem iam adesse affirmant; in umbraculum<sup>22</sup> Hartoppii missam esse!

Num ignorassent alienos fines intrari vetitos esse? Confitentur; sed se putavisse... Kingius autem dixit Staxii tergiversationes<sup>23</sup> suā non interesse. Paulatim ad iurgia prolapsus autumat<sup>24</sup> pueros societate naturali abusos vitiis se dedidisse, pessimis moribus! Homines nequam! Scelestos! Calumniatores! Mendaces! Pigros! Immo ebriosos<sup>25</sup>...!»

Tum Puter: «Rectorem posco!» Et ceteri: «Rectorem posco!» «Rectorem posco!» Quod ius erat. Nam ebriosi coram publico virgis caedi et scholā relēgari<sup>26</sup> solebant. Nemo nisi ipse rector de hac re constituere poterat.

«Caesarem invocasti; coram Caesare stabis!»

Dum professores pueros dormitorio<sup>27</sup> includunt, Foxius consilium capit discipulis aliquid cibi apportare, si forte hoc modo nonnulla exquirere posset et ad rectorem referre: «Mala, hercle, res, pueri! An professores celavistis<sup>28</sup> de aliq̄ue re?»

«Certe, Foxicule!» inquit Staxius.

«Ad rectorem referre debeo, pueri! Nonne sensistis me hodie vos persecutum esse?»

«Nonne tabulas monitorias vidistis?» cecinit Puter vocem Dabnei imitatus.

«Nonne oculos habetis? Tace!» inquit Scarabaeus.

«Egregium centurionem, qui vagetur et feras praedetur!» inquit Staxius non miseritus.

Foxius graviter in lecto consedit: «Heracle, ubinam fuistis?»

«Dabneius, tribunus militum, vir honestissimus est! Dabneius, tribunus militum, nobis

amicissimus est! *Dabneius nos invitaverat* «Officium tuum? Tuum erat ultra fines meos manere!» Indignus accensus es, Foxi!»

Attonitus novitate Foxius cuncta ad rectorem rettulit: «Postremo mihi narraverunt se a Dabneio invitatos fuisse!» Rector intellexit



facillime. Pueros fraudulentos ipse mulcavit,<sup>29</sup> sed *etiam* Kingius et Proutius cum rectore diu collocuti postea erubescens et sudantes cubiculo egressi sunt.

*Finis.*

<sup>21</sup> borz = Dachs <sup>22</sup> tanterem = Lehrzimmer <sup>23</sup> ment-ség = Ausflüchte <sup>24</sup> vélekedik, állit = meinen, behaupten <sup>25</sup> iszákos = trunksüchtig <sup>26</sup> kicsap = verweisen <sup>27</sup> hálóterem = Schlafzimmer <sup>28</sup> eltitkol = verheimlichen <sup>29</sup> elpáhol = durchprügeln



### Circulus familiae. (Joannes Arany)

Vesper est, vesper est quisqu(e) est in quiete,  
Obscure nutat iam morus suā fronde,  
Fremet scarabaeus et murum invadit,  
Tum concrepat valde, dein tacitus fit.  
Quasi pedes cunctae haberent iam glebae,<sup>2</sup>  
Pigrae ranae agri voluntur diffusae,  
Vespertilio<sup>3</sup> iam tecta tangens volat,  
In vetere turri noctua<sup>4</sup> clamitat.

*Sig. Rácz disc. Hajduböszörményensis.*

**Mathias rex** olim repente irā incensus virum quendam nobilem domo expulit. Quem cum rex paucis diebus post in horto regio conspexisset, abiturus tergum vertit. Nobilis autem ingeniose:<sup>5</sup> «Gaudeo-inquit-videns te, domine

<sup>1</sup> eperfa = Maulbeerbaum <sup>2</sup> rög = Scholle <sup>3</sup> denevér = Fledermaus <sup>4</sup> bagoly = Nachtule <sup>5</sup> leleményesen = geistvoll

auguste, iam non hostiliter de me sentire, nam Matthiam regem nunquam hosti tergum ostendisse quis nesciat! Rex cum fidē tum etiam sollertiā<sup>6</sup> hominis commotus rediit, ut dextram daret.

*Tib. Szelecsényi* disc. e Scholis Piis.

<sup>6</sup> találékonyság = Erfindsamkeit

### *D. Berzsényi: Pars<sup>1</sup> mea.*

*Exii in terram. Generosa vela  
Contraho certantia cum vi ventūm,  
Nam Charybdes inter eram ipse passus  
Omne periculum.*

*Pars<sup>2</sup> iam pax: navis nimium ligata  
Somnio non solvitur inde vano.  
O, nemus clausum, iuvenem assume acrem  
In gremium alium!*

*Quamquam non agros mihi comparavi  
Quos<sup>3</sup> Tarentum aut magnificens<sup>4</sup> Larissa,  
Nec refulget fons trepidantis aquae  
Luci sub umbra,*

*Vineas pulchras habeo, insuperque  
Arvum cum spicis<sup>5</sup> gravidis: libertas  
Accolite sedes: Superosque divos  
Plurane poscam?*

*Pone me quocunque, nisi aegra turbet  
Me necessitas, neque cura quaedam  
Atra, spectabo reverens Iovem et contentus ubique.*

*Tutē tantum vivere ames Camena  
Alma mecum, namque vales mutare  
Molliter cantans et inane regnum  
In viride arvum.*

*Pone me aeterna nive Hyperboreorum,<sup>6</sup>  
Pone me sub fervidī Phoebi curru:  
Pectus ardens nam tegit illic et hic  
Frigidus umbo.<sup>7</sup>*

Latine reddidit *Maximilianus Balázs*  
abituariens Debrecinensis.

<sup>1</sup> osztályrész = Anteil <sup>2</sup> pars mea <sup>3</sup> quales <sup>4</sup> magnifica <sup>5</sup> kalász = Ähre <sup>6</sup> Grönland <sup>7</sup> umbella

### *Fuga mea ex Transsilvania. (5)*

Historia vera. Commentarios *Victoris Maderspach* Latine libere reddidit *I. Guelmino*.

5. *Qui omni vi me volunt et non possunt capere.*

— Quid de uxore et familia mea notum?

— Nihil sane.<sup>1</sup> Fabulabatur autem de rebellione Hungarorum, quam ut sedarent,<sup>2</sup> omnes securitatis<sup>3</sup> custodes<sup>3</sup> ad oppidum *Petrosenium* iussi sunt.

— Omnes?

— Excepto uno omnes. Quo tibi, ut effugas manus eorum, nihil utilius. Dum igitur haec loca carent persecutoribus, fuge, carissime!

Optimum factu videbatur me veste *Valachicā* indutum (peritissimus enim sum linguae eorum) ad vicum<sup>4</sup> ultra *Karánsebes* proximum pedibus facere iter, ubi tempus et locum coeundi<sup>5</sup> condiximus. Cum igitur tenebrae iam incubuissent rebus et terra fessa se quieti dedisset, homo quidam inobservatus sese<sup>6</sup> e villa surripuit,<sup>6</sup> ut vitam propriam furaretur.<sup>7</sup> Eram ego. Mihi autem castellum custodum securitatis praetereundum erat et videbam stare ante portam unicum illum custodem, qui domi relictus erat. Salutavi et amice resalutatus, cur non dormiret, qui toto die laboravisset, interrogavi. «Die dormiebam», respondit ille. Et nescis eum, qui die capiat<sup>8</sup> somnum,<sup>8</sup> nocte insomniis<sup>9</sup> fatigari?» Et dulciter risit.

— Ubi sunt ceteri?

— Ad *Petrosenium*. An tu solus nescis seditionem Hungarorum ortam, omnesque nostros ibi adesse iussos esse?

— Sane, domine. Vale! Di te protegant!

— Etiam te. (Amen dixi intus, amen.)

Nonnullis punctis<sup>10</sup> post ante fenestram deversorii<sup>11</sup> constitui. Lux lampadis, quae nictans<sup>12</sup> iam de vita cum nocte validiore pugnabat, per fenestram pallida fugiebat in plateam,<sup>13</sup> ubi vix egressa moribunda evanuit<sup>14</sup> in auras. Cauponem<sup>15</sup> ultra clathros<sup>16</sup> pecuniam legentem vidi. In deversorio nemo. Nunc

<sup>1</sup> egyáltalán = gar nichts <sup>2</sup> lecsillapít, lever = Einhalt tun <sup>3</sup> csendőr = Gendarm <sup>4</sup> falu = Dorf <sup>5</sup> találkozni = sich treffen <sup>6</sup> kilopakodik = hinausschleichen <sup>7</sup> lop = stehlen <sup>8</sup> aludni = schlafen <sup>9</sup> álmatlanságban szenved = an Schlaflosigkeit leiden <sup>10</sup> perc = Minute <sup>11</sup> korcsma = Gasthaus <sup>12</sup> pislog = blinzeln <sup>13</sup> utca = Strasse <sup>14</sup> elenyészik = verschwinden <sup>15</sup> korcsmáros = Gastwirt <sup>16</sup> a rács = Gitter

sub hora undecima etiam caupo dormitum ire cogitat, sed prius id agit, ut quid pecuniae dies sibi obtulerit, dinumeret. Intravi, mihi que vinum ex frumento coctum<sup>17</sup> apponi iussi. Caupona semiobscura petroleum olebat. Foetor<sup>18</sup> tabaci usti acescit in aura. Caupo haud suaviter apponit mihi liquorem et in lumine rubescenti<sup>19</sup> velutsi quid animadverterit, me oculis acutis observat.

Illo ipso momento temporis currus foris sustineri auditus est. Et clamor aurigae<sup>19</sup> Valachici, qui equos adhortabatur, ut paulisper quieti manerent. «Et si forte cibi appetentes essetis, ecce fenum.<sup>20</sup> At dominulus vester sitit, et quidem vehementer, equulei mei.» — Ambo ad ianuam versi aspectamus hominem, qui sibi vinum ex frumento coctum apponi iubet.<sup>21</sup> Carbonarius<sup>22</sup> erat, qui vendito iam carbone domum tendit. Potionem uno haustu per guttur<sup>23</sup> demisit et liquor quasi nosset viam sibi optimam, uno impetu<sup>24</sup> per guttur defusus est. Tum homo alterum postulat, prius autem torquendo<sup>25</sup> affixit<sup>25</sup> barbam<sup>25</sup> labri<sup>25</sup> superioris<sup>25</sup> screansque<sup>26</sup> exit ad equos, quos laudat, seque statim reversurum pollicitus, redit, ehibit liquorem iam appositum, pecuniam solvit<sup>27</sup> et discedit. Currus stridens<sup>28</sup> lente provehi auditur. Caupo iterum astat mensae et in aures mihi: «Domine Maderspach, susurrat». <sup>29</sup>

— Unde me cognovisti? — interrogo et priusquam respondere potuisset. — Frater mortuus? Et uxor?

— Festina lente domine! Acquiesce,<sup>30</sup> adhuc nihil mali. Vivunt ambo. Tu autem festina et nihil morare. Et evita<sup>31</sup> oppidum Karánsebes, ubi viatores etiam nocte retardantur<sup>32</sup> posciturque probatio<sup>33</sup> identitatis. Vale!

Mox foris eram. Non longe antè me stridebat currus. Auriga potu<sup>34</sup> inebrienti<sup>34</sup> temulentus<sup>35</sup> in sella<sup>36</sup> dormitabat. Erat in curru corbis<sup>37</sup> maximus carbonarius e virgis<sup>38</sup> saligneis<sup>38</sup> textus. Nunc carbone vacuus, plenus autem erat feni odori.<sup>39</sup> Haud multum meditans irrepo<sup>40</sup> in corbem, meque in feno commodissime<sup>41</sup> colloco. Auriga nihil animadvertit. Inter virgas corbis spiramentum<sup>42</sup> immitto,<sup>42</sup> quo melius videam, quid foris accidat, tamen non multum video, nam tenebrae ubique. Palpebrae<sup>43</sup> interea paulatim aggravantur et commissi<sup>44</sup> Deo et sanctis angelis eius, duobus-

que equuleis Valachi, quassamur<sup>45</sup> sideribus tantum fulgentibus per viam publicam desertam. Et iam-iam illucescit, cum equulei per ripam fossae herbam depascentes<sup>46</sup> curru in fossam inverso territi aufugiunt. Auriga stupidus maledicens Deo et sanctis eius — praeter quos nemo per noctem custodivit illum — post equos currit egoque eleganter inobservatus<sup>47</sup> abeo. Turres mihi notae in conspectum veniunt: ecce oppidum Karánsebes. Vicus ille proxi-



Valachi (agrestes Rumani)

mus, ubi nobis conveniendum est, ultra fluvium Temes situs est, qui, ut reminiscor, alicubi vado<sup>48</sup> transitur.<sup>48</sup> Fluvius autem auctus,<sup>49</sup> turbidus tunc proripiebatur et nusquam

<sup>17</sup> pálinka = Schnaps <sup>18</sup> bűz = Gestank <sup>19</sup> vöröses = rötlich <sup>19</sup> kocsis = Kutscher <sup>20</sup> széna = Heu <sup>21</sup> rendel = bestellen <sup>22</sup> szénégető = Köhler <sup>23</sup> torok = Gurgel <sup>24</sup> korthyintás = Schluck <sup>25</sup> bajuszát megpödrí = den Schnurrbart aufdrehen <sup>26</sup> torkát köszörüli = sich räuspert <sup>27</sup> fizet = bezahlen <sup>28</sup> csikorgó = knarrend <sup>29</sup> sűg = flüstern <sup>30</sup> megnyugodni = sich beruhigen <sup>31</sup> kerűl = vermeide <sup>32</sup> feltartóztat = aufhalten <sup>33</sup> igazoltat = Legitimation, Ausweis <sup>34</sup> szeszies ital = geistiges Getränk <sup>35</sup> ittas = berauscht <sup>36</sup> bak = Bock <sup>37</sup> kosár = Korb <sup>38</sup> fűzfavessző = Weidenrute <sup>39</sup> illatos = wohlriechend <sup>40</sup> bemászni = hineinkriechen <sup>41</sup> igen kényelmesen = ganz bequem <sup>42</sup> rést nyitok = ein Luftloch anbringen <sup>43</sup> szempilla = Augenlider <sup>44</sup> rábízva = anvertrauen <sup>45</sup> dűcög = heftig schütteln <sup>46</sup> letépdés, leleget = abweiden <sup>47</sup> észrevétlenül = unbemerkt <sup>48</sup> gázlón lehet átjárni = kann durchwatet werden <sup>49</sup> kiáradt = anschwellen

vado transiri potuit. Vestimento igitur capiti alligato tranavi. In ripa ulteriore indutus,<sup>50</sup> cum mihi quassatione<sup>51</sup> nocturnā fesso lavatio<sup>52</sup> frigida somnum attulisset, in fruticeto<sup>54</sup> iuxta viam bene absconditus brevi obdormisco.

Sol iam satis alte regebat equos, cum ex-perrectus tres iam horas praeteriisse constituo attonitus.<sup>55</sup> Amicus iam certe praeteriit me, sed non potuit videre bene absconditum, neque ego dormiens illum. Remeabit<sup>56</sup> — me consolabar — et quaeret me certe. Et re verā non multo post birota<sup>57</sup> apparet in via, amicus ipse Zoltán nuntians mihi currum in oppido Karánsebes propter diem Pentecostes<sup>58</sup> con-ducī<sup>59</sup> non posse, nihil ergo aliud remanere,



quam ut pedibus in oppidum Lugos irem, ubi fortasse conduci poterit.

Die festo ubique rus excurrentes<sup>60</sup> conspicuntur, quārē suspicionem<sup>61</sup> vitandi causā etiam ego flores manu tenens procedo. Umbrae iam longiores factae sunt, et aura<sup>62</sup> recens cursitabat per agros, quando de curru me praetereunti ab amico ascendere (ipse equos direxit), ibique vestem lautam induere iussus edoctus sum nos ad familiam amicam tendere meque mediā nocte exactā automobili in oppidum ultimum citra confinia<sup>63</sup> Rumeniae, Det-tam vectum iri. Deo gratias!

Laeto igitur animo coenamur in tracta-torio<sup>64</sup> fabricae, cum custos nocturnus tur-batus intrat, duos detectivos Valachos adesse nuntians. Attoniti surgimus, cum iam etiam detectivi aderant. Me ignotum vultu requirenti<sup>65</sup> aspectant.

(Continuabitur.)

<sup>50</sup> felöltözve = angekleidet <sup>51</sup> rázás = das Schüt-teln <sup>52</sup> fürdő = Bad <sup>53</sup> elálmósodik = schläf-rig machen <sup>54</sup> bozót = Gebüsch <sup>55</sup> megdöbbenve = bestürzt <sup>56</sup> visszatér = zurückkommen <sup>57</sup> kerék-pár = Fahrrad <sup>58</sup> pünkösd = Pfingsten <sup>59</sup> bérel = mieten <sup>60</sup> kirándulók = Ausflug machen <sup>61</sup> gyanú = Verdacht <sup>62</sup> szellő = Lufthauch <sup>63</sup> határ = Grenze <sup>64</sup> iroda = Bureau <sup>65</sup> kutat = forschen

## Confoederatio Italiana—Austriaca— Hungarica.

Post bellum mundanum nationum victri-cium prima Italia affirmavit tempus iam ad-venisse parcendi victis. Mussolinius dux contra tot hostes infensos<sup>1</sup> ausus est aëroplanum nobis dare cum inscriptione: «Iustitiam Hungariae». Nuperrime Romae inter sum-mos curatores trium nationum con-venit, ut artioribus<sup>2</sup> vinculis amicitiae ad pacem libertatemque tutandam coniungerentur. In imagine nostra ab laeva Iulius Goemboes praeses gubernii nostri, ab dextera Schuschnigg cancel-larius Austriae, primo loco collocati cernuntur, inter quos ministri rerum exterarum Kánya et Berger-Walde-negg, item Mussolinius vestitu fascista-rum ornatus magna comitante primorum civitatis suae catervā stant. «Concordiā parvae res crescunt, discordiā maximae dilabuntur.»

<sup>1</sup> elvakult = erbittert <sup>2</sup> szoros = eng, fest.

## Legenda de diurnariis.<sup>1</sup>

Scripsit *Franciscus Herzeg*, convertit *Stephanus Farkas*.


Haec narratio vulgo *legenda* dicta, in certamine<sup>2</sup> musico<sup>2</sup> diurnariorum memoria Francisci Liszt celebrantium recitata est.

Deus mundi creator opus suum die sexto perfecit. Et quod sex diebus creaverat, crea-turis<sup>3</sup> donavit. Piscibus aquam, avibus volan-tibus aërem, animalibus vivis terram: homini-bus autem dedit pisces, aves, animalia.

Cum iam Deus omnia divisisset, hospes

<sup>1</sup> ujságíró = Journalist <sup>2</sup> hangverseny = Konzert  
<sup>3</sup> teremtmény = Geschöpf





quidam tarde veniens irrupit et in genu procumbens<sup>4</sup> coram Creatore orabat : — « Domine, ego quoque partem meam precibus<sup>5</sup> rogo ».<sup>5</sup>

— Sero venisti — inquit Creator — nihil tibi iam reliqui<sup>6</sup> factum<sup>6</sup> est.

— Domine, Domine, quomodo in mundo tuo pulchro vivere potero?

— O mi fili, tu omnino non vives. Tu spectabis tantum, qua ratione alii vivant. Spectata litteris<sup>7</sup> mandabis.<sup>7</sup> Tu fies speculum,<sup>8</sup> in quo, quisquis vivit, se ipsum videbit. Diurnarius eris.

... Homo oculis apertis, cerebro<sup>9</sup> omnia in se recipienti, cuius manus, quid factum sit, semper pernotat : hic factus est diurnarius. Is litteris mandavit, quibus pilentis<sup>10</sup> aureis domini terrae magno strepitu praeterveherentur — cum ipse cogeret, ut pedibus iret. Scripsit de variis cibus, qui divitissimis<sup>11</sup> apponuntur — famem tamen suam ipsius proferre dedecuit. Cum mulier formosa velamentum<sup>12</sup> deposuit, margaritae<sup>13</sup> corpore eius niveo nitentes, dinumerandae erant diurnario, quod tantum e longinquo fieri potuit, nam oculos tantum ei habere licuit, cor autem non. Cui ne vox quidem sua ipsius data erat, tubus<sup>14</sup> ad vocem<sup>14</sup> perferendam<sup>14</sup> factus est, quo utentes viri<sup>15</sup> rerum<sup>15</sup> civilium<sup>15</sup> periti<sup>15</sup> favorem populi sibi conciliabant. Si forte cucurbita<sup>16</sup> ingens<sup>16</sup> instar<sup>17</sup> dolii<sup>17</sup> crevit, vel vitulus<sup>18</sup> biceps<sup>19</sup> natus est, diurnarius ipse nihil admirans alios in admirationem coniecit.<sup>20</sup> Non vivebat vitam, vitae tantum descriptionem dabat.

Die quodam tamen lectores indignari coeperant. Possessor<sup>22</sup> latifundii<sup>22</sup> incontentus exclamavit : « Quam indoctus est iste diurnariaster<sup>23</sup> ! Equos meos terrā Arabicā natos dicit, quamquam Anglici sunt et sanguine<sup>24</sup> puro ».<sup>24</sup>

Vir praedives<sup>11</sup> quem dicunt « millionarium » irā<sup>25</sup> elatus :<sup>25</sup> « In convivio meo describendo — inquit — arte creatis<sup>26</sup> e linguis lusciniarum facti oblitus est. Quam negligentiam quis non indignaretur ! »

Mulier formosa<sup>27</sup> stomachabatur,<sup>28</sup> quod diurnarius nihil de fibula<sup>29</sup> margaritarum<sup>30</sup> lino<sup>30</sup> insertarum<sup>30</sup> dixit. Vir rerum civilium peritus iracundus saeviebat, quia applausus, orationem longam persequentes suppressi sunt.<sup>31</sup> Haud dubium esse putabat, quin diurna-

rius a factione adversaria pecuniā<sup>32</sup> corruptus<sup>32</sup> esset.

Attamen sicarius maxime exasperatus<sup>33</sup> erat, cum honestas et morum condicio descriptionibus sanguine redundantibus efferatae essent.<sup>34</sup>

Praebent-ne acta diurna speculum vitae? Cuius generis hoc speculum est? Quo res amplificantur, an minuuntur vel fallaciter deformantur?<sup>35</sup> Quod speculum partes in minimas frangendum !



Diurnarius antiquus.

Turba hominum usque ad domum Domini fusa est : « O, Domine, libera nos ab omnibus diurnariis ! »

Et Dominus : « Ego quidem, — inquit, —

<sup>4</sup> borulva = sinkend    <sup>5</sup> kérem = erbitte    <sup>6</sup> maradt = blieb übrig    <sup>7</sup> feljegyez = aufzeichnen    <sup>8</sup> tükör = Spiegel    <sup>9</sup> agy = Gehirn    <sup>10</sup> hintó = Karosse    <sup>11</sup> dúsgazdag = reich    <sup>12</sup> fátyol = Schleier    <sup>13</sup> gyöngy = Perlen    <sup>14</sup> szócső = Sprachrohr    <sup>15</sup> államférfi = Staatsmann    <sup>16</sup> óriási tök = Riesenkürbis    <sup>17</sup> hordónagyságú = fassgross    <sup>18</sup> borjú = Kalb    <sup>19</sup> kétfejű = zweiköpfig    <sup>20</sup> ejtett = gesetzt    <sup>21</sup> nagyúr = Grossherr    <sup>22</sup> firkász = Skribler    <sup>23</sup> telivér = Vollblut    <sup>24</sup> felfortyan = aufbrausen    <sup>25</sup> pástétóm = Pastete    <sup>26</sup> szép = schön    <sup>27</sup> duzzog = schwellen    <sup>28</sup> csat = Schliesse    <sup>29</sup> gyöngysor = Perlschnur    <sup>30</sup> elhallgat = unterschlagen    <sup>31</sup> megveszteget = bestechen    <sup>32</sup> felháborodik = entrüstet    <sup>33</sup> elvadult = verwildert    <sup>34</sup> torzít = verzerren

vos liberabo. Sed si non diurnarii, quis acta diurna in posterum conscribere<sup>36</sup> iubeatur?<sup>36</sup>

— Angeli! — clamabant homines. — Tui sancti angeli!


Dominus autem: «Faciám — ait — quae optatis! Sed, quid velitis, penitus<sup>37</sup> perpenditote!<sup>37</sup> Angeli servi veritatis sunt, qui nihil nisi puram veritatem scribere possunt. De millionario nuntiabunt, quomodo divitias quaesiverit. De possessore latifundii enarrabunt, quomodo miseros adiuverit, de muliere formosa, quibus somnis silentio noctium inhaereat.<sup>38</sup> De viro autem rerum civilium perito, utrum sese an populum magis diligit, scribent.»

Altum silentium verba Domini subsequēbatur. Tunc vox humilis<sup>39</sup> et supplex audita est:

— «Tu es clementia! Tu es sapientia! Tu optime scis, quae acta diurna nobis<sup>40</sup> hominibus miseris et errantibus expediant.»<sup>40</sup>

Dominus optime scivit et omnia sicut erant, manebant. Diurnarius pergebat scribere et lectores pergebant irasci. Deus autem omne, quod fecisset, vidit; et ecce: id erat optimum.

<sup>36</sup> szerkessze = soll redigieren <sup>37</sup> jól fontoljátok meg = bedenket wohl <sup>38</sup> jár az esze = nachhangen <sup>39</sup> alázatos = demütig <sup>40</sup> nekünk való = frommen



## LECTORIBUS MINIMIS.

Rudolpho Habsburg imperatori Germaniae praeter alias bonas artes<sup>1</sup> multum inerat iucunditatis.<sup>2</sup> Non solum ipse iocabatur, sed etiam homines iocosos amavit. Aliquando duo legati cuiusdam urbis auxilium regis imploraturi advenērunt. Vix in conclave<sup>3</sup> intraverunt, cum regi statim conspicui erant legati, ex quibus unus barbam nigram canosque capillos habuit, alter autem comam nigram et barbam canescentem.<sup>4</sup> Cum precatio legatorum aequa bonaque esse videretur, rex eis benignitatem suam asseveravit,<sup>5</sup> sed iocari quoque voluit. Itaque rogavit eos, quare inter comas barbasque tam multum interesset. Tum ille, qui barbam canam

habuit: «Domine augustissime, semper mihi maximae curae fuit, quomodo ore bene utar, itaque circum os barba magis canet, quam coma in capite». Alter autem dixit: «Comam iam infans habui, sed barbam tantum viginti annos natus. Itaque coma satis temporis ad canescendum habuit». *Victor Kósa* abiturien.

<sup>1</sup> tulajdonság = Eigenschaft <sup>2</sup> kedélyesség = Gemütlichkeit <sup>3</sup> terem = Saal <sup>4</sup> őszülő = grau werden <sup>5</sup> biztosít vmiről = versichern von Etw.

### Vita in seminario.

In seminario alumnis<sup>1</sup> vacatio, ut domum redeant, tempore nativitatis<sup>2</sup> et resurrectionis<sup>3</sup> Domini Nostri Jesu Christi non datur. Sed multum abest, quin propter hoc vita tristis in seminario sit. Benignissimi praepositi nostri omnia faciunt, ut quam beatissimos incundissimosque dies festos celebremus. Nusquam vidi clericis<sup>4</sup> beatiore homines celebrantes. Nolo nunc de tranquillitate et beatitudine animi scribere, sed de interno gaudio et iocis seminarii. Diebus festis et occasione diei lustrici<sup>5</sup> praepositorum mos est, ut in refectorio<sup>6</sup> intercoenam aliquem clericorum ad dicendam gratulationem hortemur. Hortatio est ius anni clericorum primi. In circumcissione<sup>7</sup> D. N. I. Chr. haec clamata est hortatio: «Audiamus reverendum dominum Ernestum Ariem<sup>8</sup> Paulum! Audiamus!» (Ille corpore exiguo est, cui mos est, ut omnia latine dicat, et quia iocis aptus, iocose nomen eius verum, quod est Kiss<sup>8</sup> Pál, sic in Latinum convertit: Aries<sup>8</sup>-Paulus.)

«Reverendi et Carissimi Domini! Nuperime dolore maximo affectus<sup>9</sup> sum. Scilicet medicus Misericordianus<sup>10</sup> sine misericordia dentem mihi extraxit, ideo non nisi paululum dicturus sum:

Quoniam ego parvus sum,

Multum dicere non possum,

Opto nunc beatum novum annum!

Qui autem sensum huius versiculi nesciat, adeat coryphaeum servitorum, qui in Maklár habitat, ubi etiam canes in gremio portantur

<sup>1</sup> növendék = Zögling <sup>2</sup> karácsony = Weihnachten <sup>3</sup> feltámadás = Auferstehung <sup>4</sup> papnövendék = Seminarist <sup>5</sup> névnap = Namensfest <sup>6</sup> étkezőterem = Speisesaal <sup>7</sup> újév = Neujahr <sup>8</sup> faltörökös (szójáték) = ungarisches Wortspiel: kis-kos (Klein-Sturmbock) <sup>9</sup> gyötör = quälén <sup>10</sup> irgalmasrendi szerzetes = Mönch des Ordens der barmherzigen Brüder

ad ululandum. Arripiamus igitur occasionem et poculum et exhauriamus<sup>11</sup> non occasionem, sed poculum beato novo anno propinantes!)<sup>12</sup>

*Andreas Pusztai* abiturienti Agriensis clericus.


<sup>11</sup> fenékgig ürít = ausleeren <sup>12</sup> ráköszöntve = zutrinken



### De primo victore cursus Marathonii.

*Carolus Diem*, secretarius superior delectorum<sup>1</sup> Olympiis<sup>1</sup> edendis<sup>1</sup> Berolinensibus, Budapestini in theatro «Urania» de Olympiis hibernis et aestivis scholas<sup>2</sup> habuit? Olympiis


simplex filius patriae suae, adultus sub caelo Graeco, firmatus solo patrio, currebat sine tempore<sup>5</sup> distribuendo,<sup>5</sup> neque sollicitus erat, quis illustrium athletarum ante vel post se curreret. Nullos calceos<sup>6</sup> currendo<sup>6</sup> adaptatos<sup>6</sup> habebat, sed calor adrens sōli et sōlis, qui aemulatores prosternebat, nihil ei nocere potuit. Sic ad<sup>7</sup> exitum<sup>7</sup> pervenit,<sup>7</sup> quod Graecia tota desiderabat, ut quidam Graecorum in cursu Marathonio Olympionices fieret.<sup>8</sup> Athenae eo diē hominibus vacuae fuerunt senibus iuvenibusque cursum Marathonium spectantibus. Cum Louis victor stadium intraret, clamor exsultans ad caelum tollebat, Graeci gaudio flēbant clamābantque. Louis amplexibus prope compressus est, horologiis<sup>9</sup> aureis marsupisque<sup>9</sup> plēnis pluēbat,<sup>9</sup> ut<sup>10</sup> onere donorum subitorum<sup>11</sup> Louis prope operiretur. Certamen<sup>12</sup> luctandi<sup>12</sup> quod cursum secuturum erat<sup>13</sup>



hibernis 500 diurnarios externos, 55 photographos, 150 praecones radiophonicos et 26 missores adfuisse constat. Inter cetera etiam de pastore simplici Graeco, nomine *Louis* narravit, qui ante 40 annos in cursu Marathonio prima Olympia aetatis nostrae vicit et nunc in principio Olympiorum XI. expectationem summam 100.000 spectatorum movens in Stadio Olympico Berolinensi ultimus lampadēphorōn<sup>3</sup> ignem Olympicum accendet. Louis nullius exercitationis<sup>4</sup> athleticae peritus erat, sed

differri oportebat, cum nullius<sup>14</sup> interesset.<sup>14</sup> Statim festum<sup>15</sup> populi<sup>15</sup> in Stadio inceptit

<sup>1</sup> az olimpiász rendezőbizottsága = Organisationskomitee der Olympiade <sup>2</sup> előadást tart = Vortrag halten  
<sup>3</sup> a fáklyafutók = Fackelläufer <sup>4</sup> tréning = Training  
<sup>5</sup> időbeosztás = Zeiteinteilung <sup>6</sup> futócipő = Laufschuhe  
<sup>7</sup> beteljesedett = ging in Erfüllung <sup>8</sup> olympiai győző = Sieger in Olympia <sup>9</sup> aranyóra és teli erszényeső hullott = es regnete goldene Uhren, gefüllte Portefeuilles  
<sup>10</sup> úgyhogy = so, dass <sup>11</sup> rögtönzött = improvisiert  
<sup>12</sup> birkózóverseny = Ringkampf <sup>13</sup> követnie kellett volna = folgen sollte <sup>14</sup> érdekel = interessierte sich  
<sup>15</sup> népnépv = Volksfest



Pompa sollemnis Isidis (pag. 125.).

neque familia regia domum perrexit, sed in populo exsultanti mansit. Dum in montibus ignes<sup>16</sup> laeti<sup>16</sup> exardescunt, Louis nusquam inveniri potuit, — domum enim pergebat cum popularibus<sup>17</sup> suis, in vicum parvum victoriae Olympicae celebrandae causā. Calix, quem panno<sup>18</sup> rustico opertum secum ferebat, ē Stadio novo Olympico in paucis mensibus ē marmore exaedificato originem<sup>19</sup> traxit<sup>19</sup>; pecuniam enim necessariam vir unicus, Averof, amore patriae commotus dono dedit, cuius statua nunc Stadium ornat.

Dion. Kővendi.

### Libri gymnici.

Ex libris Francisci Mező. 1. Negyven év a magyar sport szolgálatában. B. Szokolyi Alajos élete és kora. 15 képpel. Budapest, 1935. Stephaneum. — Auctor illustrissimus, victor certaminis litterarii Olympici (1928. Amstelodami), in vita Aloisii Szokolyi exaranda simul quattuor decennia gymniorum Hungariae et aliorum Europae regnorum recapitulat, ubi athleta noster tot praemia resque pretiosas tulit, quae armarium impleverunt. — 2. A marathoni csata és a marathontfutás. Budapest, 1933. Nisi Persae in pugna Marathonica a Miltiade victi essent, forsitan neque hoc genus currendi longissimum extitisset, cuius historiam F. Mező iucunde enarrat. Imago libri stadion novum Atheniense representans hic permissu auctoris quoque publicatur (pag. 123.)

<sup>16</sup> örömtűzek = Freudenfeuer <sup>17</sup> földi = Landsleute  
<sup>18</sup> kendő = Tuch <sup>19</sup> származott = stammte

## Hypatia.

(15.)

Scripsit *Carolus Kingsley*, Hungarice reddidit *Arpadus Zsigány*.  
Excerptis atque in Latinum convertit: *Valentinus Fehér*.

### VII. Philammo renatus.

Quattuor menses praeterierant, ex quo Philammo domo patriarchae turpiter expulsus Hypatiae se adiunxerat. Nova vita sic totum

eius animum implevit, ut obscure iam praeteritorum reminisceretur. Neque multum praeterita curabat: totus praesentibus rebus vivebat et studiis, quorum guttas avidè bibebat animus eius sitiens. Cotidie primus veniebat in scholam, ubi Hypatia Graecam philosophiam auditoribus interpretabatur<sup>1</sup> et tam pie animum verbis attendebat, ut Hypatia paulatim ei soli dicere videretur.

Aliquando Philammo cum vespere domum redisset, maxime admirans vidit nummum<sup>2</sup> aureum in mensa fulgere. Statim ad ianitorem accurrit, ut ei, qui eum per oblivionem<sup>3</sup> reliquisset,<sup>3</sup> redderet; sed Eudaemo dixit illam pecuniam a nullo amissam, ergo eius esse, qui eam invenisset. Simul etiam addidit Philammone Calendis semper inventurum in mensa nummum aureum, quo Eudaemoni habitationem et cibatum<sup>4</sup> exsolveret.<sup>5</sup> Frustra precatus est Philammo, ut diceret, quis esset auctor<sup>6</sup> beneficii<sup>6</sup> clandestinus,<sup>7</sup> ianitor tacuit.

Philammo labore ingenii adeo semper defatigabatur omniaque puncta<sup>8</sup> temporis<sup>8</sup> ita expleta erant, ut non remaneret tempus de religione cogitandi. Cum per aurum curis liberatus esset, toto pectore litteris vacare<sup>9</sup> poterat et mox, ut Petrus lector vaticinatus erat,<sup>10</sup> vere paganus factus est. Primo quidem ex mera consuetudine frequentabat templa Christianorum, tamen paulatim hoc quoque desiit. Et quantum aperte a Christianis defecerat, tantum animus ab eis discessit.

Veruntamen Hypatia prudens diligenter vitabat eiusmodi disputationem, qua illius religio et animi iudicium violaretur. Philosophiae commisit,<sup>11</sup> ut adolescens edoceretur. Aliquando tamen disputationem declinare<sup>12</sup> non potuit. Philammo et Theo et Hypatia in horto Academiae deambulabant inter pulchra signa marmorea, quae Ptolemaeus in honorem falsorum deorum fecerat. — «Quamvis haec

<sup>1</sup> magyaráz = erklären <sup>2</sup> pénz = Münze <sup>3</sup> ott felejt = vergesslich liegen lassen <sup>4</sup> ellátás = Verpflegung  
<sup>5</sup> kifizet = bezahlen <sup>6</sup> jötevő = Gönner <sup>7</sup> titkos = geheim <sup>8</sup> perc = Minute <sup>9</sup> foglalkozik = sich widmen  
<sup>10</sup> megjósol = weissagen <sup>11</sup> rábíz = überlassen <sup>12</sup> elkerül = vermeiden

signa pulchra sint — ait Philammo ante signum Iunonis — tamen sunt sculptae imagines, quas colere idololatriae<sup>13</sup> est.»

— Idololatriae? — subridet Hypatia. — Hoc tantummodo Christiani nos calumniatur.<sup>14</sup> Atque si quis falsorum deorum colit imagines, hoc non pagani faciunt, sed Christiani. Illi enim vim mirificam attribuunt ossibus mortuorum, illi filio fabri<sup>15</sup> in cruce acto<sup>16</sup> procumbunt.<sup>17</sup> cur criminantur<sup>18</sup> idololatriae Graecos vel Aegyptios? cum, ut exemplo utar, signum Iunonis vel Apis sint modo symbola<sup>19</sup> idearum.

— «Itaque vos deos paganos adoratis?»

Hypatia pallida paulisper tacuit. Tum rubore perfusa voce prope asperā respondit: — «Si Cyrillus hoc me interrogasset, indignum putarem, cui responderem. Tibi tamen, priusquam respondeam, dico, cognoscas, qui sint illi di pagani, quos insecus contemnis. Non sunt idola<sup>20</sup> neque homines in terram delapsi, qualem vos Christum esse dicitis, sed symbola virium omnipotentium naturae. Pantheismus vel polytheismus non est idololatria, ut hoc vos Christiani hominibus imperitis persuadere vultis: haec est una religio, quae cultum unius dei aeterni profitetur in ipsa natura, cuius viribus clandestinis mundus creatus servatur ac regitur. Osiris, Isis, Ammo non magis sunt dii, quam Iuppiter, Iuno, Dis, Mercurius. At vos Christiani deum esse dicitis Christum terrestri matre natum nosque idololatriae accusatis, qui non unā vobiscum hunc Christum adoremus. Quis igitur est cultor deorum falsorum?»

— En adest illa Maria — ait repente Philammo et monstrat anum Iudaeam, quae vix ab eis viginti passus aberat.

— Maria? — miratur Hypatia. — Ergo tu novisti hanc vetulam?

— Ea quoque in illa domo habitat, in qua ego atque Eudaemo.

Quoniam Hypatia anum iam evitare non poterat, superba ei obviam ivit. Tum Maria capite inclinato subdulci voce dixit: — «Unum verbum, pulcherrima fe-

mina. Aspice, quid tibi tulerim». Et sublime tenuit pulcherrimum opalum, quem manui Raphaelis eripuerat eo die, quo ille publice Hypatiam valere iusserat. — «Ah, viden? — pergit Maria. — Is, qui hunc anulum tibi dare volebat, nescio, ubi nunc erret. Aspice hunc anulum, dignus est, quo manus Augustae decoretur.»

— Quid me vis? — quaerit Hypatia. — Cur ostendis mihi hunc anulum?

— Ille, cuius fuit, nunc tibi hunc offert. Commuta<sup>21</sup> hunc illo achate nigro, qui de monili<sup>22</sup> pendet.


— Memoriae causa hunc achatem accepi atque conservo. Is, a quo accepi, dixit achatem esse amuletum; ac propterea eum conservo. Aufer tecum anulum et discede.

— Itaque nondum vim amuleti novisti? — ait Maria. — Si quando cupida eius rei fueris, arcesse me, miseram Iudaeam, ego te edocebo.


Haec fata inter densas frutices<sup>23</sup> evanuit.<sup>24</sup> Ibi constitit et dentibus frendens minitata est: — «Eum me accipere oportet, etiamsi cor eius mihi sit evellendum!»

*Ad numerum proximum.*

<sup>13</sup> bálványimádás = Götzendienst    <sup>14</sup> rágalmaz = verleumden    <sup>15</sup> ács = Zimmermann    <sup>16</sup> keresztrefeszített = gekreuzigt    <sup>17</sup> letérdel = auf die Knie fallen    <sup>18</sup> vádol = beschuldigen    <sup>19</sup> jelkép = Sinnbild, Begriff    <sup>20</sup> bálvány = Abgott    <sup>21</sup> elcserél = vertauschen    <sup>22</sup> nyaklánc = Halsband    <sup>23</sup> bokor = Gesträuch    <sup>24</sup> eltűnik = verschwinden



Hem serva! Armatus est!



## Cur crocodili tam pigri sint.

Scripsit Thea v. Oosten, in ephemeride: «Primitiae» Gymnasii Harlemensis, Batavia. Latine reddidit S. C.

Omnes scimus homines inveniri, qui pigri sint. Multi sunt, id quoque nemo est, qui neget. Sed de hoc genere hominum non loquar.

Etiam animalia pigra dicuntur, exempli causā crocodili. Habeo cur ipsos vocem; nam postquam librum de horto<sup>1</sup> zoologico<sup>1</sup> legi, magnopere intenta sum ad haec animalia. Ideo in animo habeo eos defendere ab accusatione, quod desides<sup>2</sup> sint.

Unusquisque, etiamsi si non se e rictu<sup>3</sup> crocodili eripuit, animal istud inamabile putat. Concedo—aspectus eius gratus non est; sit ei cor rectum, os et oculi mihi non placent. Homines non delectantur animali tam pigro, ut per horas longas hians, porrectum in limo<sup>4</sup> iaceat, ut omittam libidinem eius devorandum eorundem hominum.

Sed etiam in crocodilum iustitiā utamur! In libro, quem supra memoravi, crocodilum plus 800 annos vivere posse legi potest. Tanta aetas multa probat! Lector, quaeso, animo recenseas,<sup>5</sup> quot viri sexaginta annos nati ad nihil aliud valeant, quam ad fumo tabaci fruendum. Intimo corde quaeras ex te ipso, qualem te praebiturus sis 795 annos natus, tempora medii aevi, reformationem, tot bella, seditionem francogallicam, imperium Napo-



leontis, bellum gentium perpressus, ut summa sequar fastigia<sup>6</sup> rerum.<sup>6</sup>

Dic mihi vere, num cupias hians, deses in limo iacere, expectans si tibi cuppedia<sup>7</sup> inter dentes iaciantur?

Sunt, qui iam aegrotent nuntios recentissimos audientes. Sed quid est prae<sup>8</sup> necessitate per duodecem genera hominum videndi mala huius mundi? Num crocodilum oportet etiam hilarem, strenuum esse? Est modus in rebus! Virtus aliquando exit! Adde, quod post octo saecula solum vivit, ut e pelle res pretiosae mulierum fiant. Haec reputantes,<sup>5</sup> nonne decet nos paulum crocodilis indulgere<sup>9</sup> et iis socordiam<sup>10</sup> non vitio dare?

At crocodilus nonnumquam hominem devorat! Quot crocodili a nobis occiduntur? Quae cum ita sint, crocodilis pigritiam condonemus!<sup>11</sup>

<sup>1</sup> állatkert = Tiergarten <sup>2</sup> tétlen = untätig <sup>3</sup> torkából = der klaffende Rachen <sup>4</sup> iszap = Schlamm <sup>5</sup> elgondol = überdenken <sup>6</sup> legkimagaslóbb események = die hervorragendsten Ereignisse <sup>7</sup> nyalánkságok = Näschereien <sup>8</sup> ahhoz képest, hogy = im Vergleiche mit <sup>9</sup> elnézéssel lenni = Nachsicht haben <sup>10</sup> petyhüdség = Schläftheit <sup>11</sup> megbocsát = verzeihen

## Senator et medicus.

Scripsit Steph. Biró, Latine reddidit Aem. Láng.

Lucius Severianus senator, quondam propraetor Ponti, qui ventriosus<sup>1</sup> erat vir, totus adeps,<sup>2</sup> labiis<sup>3</sup> tumidis<sup>4</sup> atque demissis, innixus cubitis,<sup>5</sup> tunicatus<sup>6</sup> cenabat. Aestum<sup>7</sup> in triclinio fervidum a peristylio frigidi aquae salientis cadentisque rores<sup>8</sup> temperant. Mensa cuppedia<sup>9</sup> exquisitissima et varia bellaria<sup>10</sup> vix sustinet.

Senator crassis<sup>11</sup> digitis asso<sup>12</sup> pavoni scindendo<sup>13</sup> operam dabat, ex quo scisso ficedulae<sup>14</sup> vivae evolabant. Una ex multis pipians<sup>15</sup> ad pavimentum<sup>16</sup>

<sup>1</sup> potrohos = dickbauchig <sup>2</sup> háj = Fett <sup>3</sup> ajak = Lippe <sup>4</sup> duzzadt = aufgedunsen <sup>5</sup> könyök = Ellbogen <sup>6</sup> (csak) tunikába öltözött = (bloss) mit einer Tunica bekleidet <sup>7</sup> hőség = Hitze <sup>8</sup> permeteg = Staubregen <sup>9</sup> finom falatok = Leckerbissen <sup>10</sup> csemege = Dessert, Nachtsisch <sup>11</sup> vastag = dick <sup>12</sup> sült = gebraten <sup>13</sup> folszeletel = zerlegen <sup>14</sup> kerti poszáta = Feigendrossel <sup>15</sup> csipog = piepen <sup>16</sup> padozat = Diele

resedit<sup>17</sup> decepta vivis<sup>18</sup> imaginibus musivis<sup>19</sup> avium pascentium.

Praetenta foribus vela<sup>20</sup> dimoventur et puer<sup>21</sup> voce servili nuntiat: «Medicus Setho aditum<sup>22</sup> petens adest, domine amplissime».

Senator femore<sup>23</sup> pavonino,<sup>23</sup> quod in manu tenebat, innuit. Puer abit, medicus intrat.

Oculi hiantes<sup>24</sup> et color oris fuscus<sup>25</sup> in<sup>25</sup> sil<sup>25</sup> inclinatus<sup>25</sup> originem Aegyptium indicant. Conscius<sup>26</sup> sibi<sup>26</sup> senatori familiariter<sup>27</sup> irridebat. Setho vetustissima familia medica ortus arte Apollinea sublatus<sup>28</sup> erat et in<sup>29</sup> sinu<sup>29</sup> gaudebat<sup>29</sup> se ab senatore, viro auctoritate gravi, inter cenam exceptum esse. Quamquam Lucio Severiano haec medici arrisio<sup>30</sup> impudens videbatur, tamen eum considerare iussit.

Spiritus<sup>31</sup> meus,<sup>31</sup> inquit, angustior<sup>31</sup> est,<sup>31</sup> Setho, interdum vertigine<sup>32</sup> corripior.

Medicus loquenti familiariter parens manum apprehendit. Anulum aureum, qui anguem imitabatur, symbolum Aesculapii, de digito suo detraxit eumque digito crasso senatoris induere conabatur, sed frustra.

Sit venia verbo, domine, dixit Setho, tu suppinguis<sup>33</sup> es, ne dicam pinguis. Si immatura morte abripi non vis, tibi tam luxuriose<sup>34</sup> epulari non licet.

Rationem<sup>35</sup> medendi<sup>35</sup> fuse<sup>36</sup> exposuit, quae senatori stomachum<sup>37</sup> movit.<sup>37</sup> Nam ventri erat deditus et gulae<sup>38</sup> iugiter<sup>39</sup> serviebat, ideo statuit se consilium a medico datum non securum esse. Medicos enim praestigiatos<sup>40</sup> habebat aequae ac haruspices, augures aliosque fatidicos.<sup>41</sup> Itaque medicum aureo<sup>42</sup> donatum dimisit.

Oh insulsam<sup>43</sup> gulam<sup>43</sup> — Setho abiens secum sic murmurabat — oh caput ridiculum matureque<sup>44</sup> periturum, si utilibus meis consiliis non parueris!

*Finis seque tur.*



<sup>17</sup> leszál = sich niederlassen    <sup>18</sup> élethű = naturgetreu  
<sup>19</sup> mozaik = musivisch (Mosaik-)    <sup>20</sup> függöny = Vorhang  
<sup>21</sup> szolga = Diener    <sup>22</sup> bebocsátás = Eintritt    <sup>23</sup> pávacomb = Pfauenschenkel    <sup>24</sup> tágranyitott = weit aufgesperrt    <sup>25</sup> sárgásbarna = gelblichbraun    <sup>26</sup> öntudatosan = selbstbewusst    <sup>27</sup> bizalmasan = vertraulich    <sup>28</sup> büszke vmire = stolz auf etw.    <sup>29</sup> magában örül = sich im Stillen freuen    <sup>30</sup> mosolygás = Lächeln    <sup>31</sup> rövid a lélekzetem = ich bin kurzatmig    <sup>32</sup> szédülés = Schwindel    <sup>33</sup> kövéres = etwas fett    <sup>34</sup> dúsan = üppig    <sup>35</sup> gyógy mód = Heilmethode    <sup>36</sup> kimerítően = ausführl.    <sup>37</sup> boszant = ärgern    <sup>38</sup> török, átv. ért. : inyenckedés = Kehle, übertr. Feinschmeckerei    <sup>39</sup> folyton = beständig    <sup>40</sup> szemfényvesztő = Gaukler    <sup>41</sup> jós = Weissager    <sup>42</sup> egy arany = ein Goldstück    <sup>43</sup> ostoba, hasímádó = welch alberner Freßsack!    <sup>44</sup> korán = bald, frühzeitig

## Ephemerides periodicae.

**Archivum Philologicum.** Annus LX. 1—3. Jan.—Mart. Budapest. — F. Láng : Zum 60. Jahrgang des Arch. Philol. — A. Graf : Géographie politique de la Pannonie. — A. Gábel : L'évêque Gosztonyi et son maître de Paris. — I. Györy : Le système philosophique de Jean Scot Erigène. — C. Marót : Histoire des religions et de l'antiquité. — D. Simonyi : Wo verlief die Römerstrasse Brigetio-Aquincum? — A. Ivánka : To leontodes kai to poikilon therion. — A. Eckhardt : Une histoire d'Attila d'origine italienne. — E. Schwartz : Ein unbekannter Brief I. Kerners. — I. Hajnóczy : Baron hongrois — orateur français. — *Recensiones:* A. Horváth : Studia Hungarica-Hellenica. — L. Tamás : Romani, Rumeni et Valachi in Dacia Traiana. — Liber sollemnis de Horatio in Sina editus. — Etc., etc.

**Alma Roma.** Ann. XXIII. Fasc. I—III. Jan.—Mart. 1936. Romae. — «Alma Roma» in annum MCMXXXVI. — Antonelli : De dramatibus emendandis. De ingenio artibus in populum pervulgandis. — I. I. : De ludis discendi apud Romanos. — S. Romani : De fontibus iuris Italici. — Protrahendae vitae praecepta. — Carmen salutarium Papae dedicatum. — Her : De casu ad res reperientas homini utiles. — Ludi veteres et recentiores. — De sacro fato urbis Romae. — Ad Christi sepulcrum (carmen). — Ad renovandum latinae linguae usum. — Sapientum pervestigationes a radiophonica Vaticana statione latine vulgatae. — Colloquia latina. — De cibis ex regno vegetabili animalique desumendis. — Annales. — Varia. — Librorum recensio. — I. Collin-V. Fehér : Regulus (actio dramatica).

**Societas Latina.** Ann. IV. Fasc. 1. Febr. 1936. Monachii. — G. Lurz : Nostra res. — I. Lis : De pellicula «Amphitruone». — Ex Abessinia. — P. Fischer : Postalia. — Th. Mittler : Voces quaedam sonique naturales. — St. Bezdechi : Ad bis millesimos Horatii natales. (Carmen.) — H. Köhler : De grato animo fabella. — H. Maschek : Inscriptiones Vindobonenses. — Aenigmata. — Periodicorum conspectus. — Librorum recensio. — Th. Morus : Utopia. Liber II.




## Solutiones aenigmatum numeri VII.

1. Filia agricolae erat uxor venatoris.
2. Amicorum omnia sunt communia.
3. Horridus, ignotus, saepe, tener, ornamentum, rumpo, ilex, arduus, ae fluo, sexaginta, tumulo, morbidus, arena, genitor, imbui, saeculum, titubo, regio, astrologus, vivo, indicium, tollo, aeronauta, elephantus : «Historia est magistra vitae».

**Aenigmata recte dissolverunt:** Andreas Biró, Andreas Klein, Joannes Csecsey, Steph. Falbizoner, (*Fayanum*), Editha Batori, Irene Lenkey (*Theresianum*), Edm. Fellegi, Paulus Tolnay (*Scholae Piae*), Anna Mayer (*Ursulanum*), *Budapestinenses*. — Steph. Okolicsányi, Lad. Kassa, Lad. Kiss, Ios. Simkovits, Steph. Borberekí, Gabr. Täuber, Car. Tokai *Agrienses*, Eva Dobó, Gabr. Funtek, Elis. Buda, Irma Jámbor, Marg. Steiner, Maria Vogl, Maria Hegel, Hel. Szabó, Maria Ember *Iaurinenses*, Ios. Kaptay, I. Lúley, Andr. Uskert, Gabr. László, Berényi, Anonymus *Tatani*, Valeria Albrecht *Bánhidana*, Lad. Bodó *Ginsinus*, Otto Schmied *Vindobonensis*.

**Praemium sorte Stephano Okolicsányi, Valeriae Albrecht et Ottoni Schmied obvenit.**



1.

Mitto tibi, *navem*, quae prorā et puppi eget.  
Quae navis haec est?

Steph. Banó  
disc. Dombovarensis.

2.

Non, non, non

eat!

Joannes Wolkóber  
disc. Madachini.

3.

Dies Solis	_____	Dies Mercurii	_____
Dies Lunae	_____	Dies Jovis	_____
Dies Martis	_____	Dies Veneris	_____
Dies Saturni	_____		I. W.

4.

1	2	3	4	5	6
7			8		
		9			
10	11			12	
13		14	15		
16			17	18	
19					


*Series libratae:* 1. domesticum animal, 7 adverbium (retrorsum), 8. Dux in bello 1848/9. 9. odorata. 10. dono. 12. O. N. 16. umida. 17. forma verbi: *esse* (retrorsum). 19. qui facile movetur.

*Series directae:* 1. laetitia. 2. coniunctio. 3. cum litterā *c*: nomen Musae historiae. 4. forma verbi: *ire*. 5. imperator Romanorum crudelis. 6. part. plur. verbi: *amare*. 14. praepositiones. 15. A. T. L. 17. coniunctio.

Nic. Szomolányi  
disc. Ujpestensis.

**Terminus aenigmatum solvendorum Idus (15. dies) Maiae.**

Solutiones aenigmatum sumptibus comparandi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involuero epistulae ad moderatorem mitti possunt.



*Corrigenda numeri 7. (Mart.):* pag. 97.: pro: «de quaedam lingua» lege: de *quadam* l. — pag. 98.: pro: «alius nationis» lege: *alterius* n. — pag. 100.: pro: «reicerat» lege: *reiecerat*. — pag. 101.: pro: «aquifoliis» lege: *acrifoliis*. — pro: «epilati» lege: *epulati*. — pag. 102.: pro: «Negotina» lege: *Negotia*. — pro: «porus» lege: *poros*. — pag. 103.: pro: «tubernis» lege: *tuberosis*. — pag. 105.: pro: «Lindavia» lege: *Lindaviae*. — pag. 106.: pro: «Helvetii» lege: *Helvetiae*.

Lectoribus, qui pro studio et amore ephemeridis nostrae die lustrico Josephi in moderatorem fausta omina congerere non gravabantur, maximas ille agit gratias et pollicetur se etiam maiore nisu latinitati inservituro esse. — Recensiones librorum ab auctoribus honoratissimis (Fr. Kienast, O. Schmied, E. Fray, prof. Bellissima et St. Csekey, I. Papp) transmissorum ordine publicabuntur. — *Dr. Fleisch.* Librum et imagines ad Car. Ács transmisi, quem fore, ut gratificatione necopinata gaudeat, certo scio. A. 1903. ego quae navi Constantia ad oppidum Schaffhausen vectus sum. Fortasse dabitur mihi quondam insulam Vestram pulchram videre. — Lectores Austriaci dehinc pretium subnotationis per gyrum Austriacum (vulgo: Scheck) A—37.880 aerarii comparsorum cursus publici (vulgo: postalis) Hungarici solvere possunt. — Discipuli monentur, ne carmina Latina scribant neve carmina Hungarica latine reddere conentur. Hoc poëtae est philologi. Cum moderator non poëta sit, sed tantum philologus, non semper potest vitiosa metra corrigere. Nolite imitari ranam ruptam! Sufficiat cum grammatica certantibus orationem solutam in Latinum sermonem conferre! — *Dr. Philips.* Epistula Horatii ad Des. Kosztolányi mox edetur. — *Lad. Babnigg.* Narrationes tam longas non nisi paucas publicare possumus. Itaque noli me impatienter urgere! — *S. Ch.* Crocodilus optime electus est. Descriptiones huius generis, cum utiles, tum etiam iocosae, ergo dulces sunt. «Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. — *I. Gulyás.* Quod tirones tui tantopere studiis Latinis delectantur, hoc meritum magistro animoso ascribitur. — *M. Jóbóru.* Dolendum est, quod epistolam tuam de lingua Latina, cum desit spatium, edere non possum. Sed salse dictum Bernardi Shaw proxime prodiit. — Tot aenigmata hisce temporibus accipi, ut ne tum quidem, si Iuventus 32 paginas haberet, omnia satis celeriter edere possem. — De ceteris manuscriptis proxima occasione.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Catholicus Közéiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)